quae tractatur fieri potuisse conuincitur ut in terentio
ego non nihil ueritus sum dudum abs te dave ne faceres quod
uulgus seruorum sol& dolis ut me deluderes.

IB Ab effectis ducitur argumentum cum ex his quae facta sunt
aliquid probatur ut in uergilio degeneres animos timor arguit
nam timor est causa ut degener sit animus quod timoris effectum

IΓ A conparatione argumentum dicitur quando per conlationem
personarum siue causarum sententiae ratio confirmatur
& a maiori conparatione hoc modo ut in uergilio tu potes unanimos amare in proelia fratres. ergo qui hoc in fratribus potest
quanto magis in aliis. a minorum conparatione sicut publius
scipio pontificem maximum tiberium gracchum mediocriter
labefactantem statum rei publice priuatos interfecit.

ut pier dicit eruditat
uerbum & nox noti
indicat scientiam
item abissus abissi
inuocat in uoce cata
ractarum tuarum

A parium conparatione cicero in pirone nihil interesse utrum
ipse consul improbis contionibus perniciosis legibus
rem publicam uex&an alios uexare patiatur.

Extrinsecus uero adsumentur argumenta haec quas greci ατεχ[illegible]
uocant Id est inartificiales. quod per testimonium
ab aliqua externa re sumitur ad faciendam fidem. & prius a persona ut non qualiscumque sit sed illa que testimonii pondus
hab& ad faciendam fidem sed & morum probitate deb& esse
laudabilis a natura auctoritas est quae maxima uirtute

License: PUBLIC_DOMAIN – Bern, Burgerbibliothek, Cod. 212, f. 50v – Composite manuscript: artes et carmina (http://www.e-codices.ch/fr/bbb/0212/50v)